

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

Johannes Assuerus Ampzing

**Programma In Obitum Honestissimae Matronae Ursulae Scherffenbergiae,  
Coniugis viri ... Dn. Thomae Lindemanni, I.U. Doctoris ...**

Rostochi[i]: Pedanus, 1614

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn775779164>

Druck    Freier  Zugang



Assverus, J.,

in

**Urs. Scharffenberg,**

uxor. Th. Ligdemann.

Rost. 1614.

46.



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn775779164/phys\\_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn775779164/phys_0002)

DFG



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/  
rosdok/ppn775779164/phys\\_0003](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn775779164/phys_0003)

DFG

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn775779164/phys\\_0004](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn775779164/phys_0004)



Programma  
IN OBITVM HONESTIS-  
SIMÆ MATRONÆ  
URSULÆ SCHERFFEN-  
BERGIÆ,

*Conjugis viri clarissimi, consultis-  
simi, doctissimi:*

Dn. Thomæ Lindemannii,  
J. u. Doctoris, Professoris & Practici  
celeberrimi.



*Th. Nicolai Claviger*

RostochI  
Typis Joachimi Pedani,  
ANNO M. DC. XIV.

RECTOR  
Academiæ Rostochiensis  
**JOANNES**  
**ASSVERUS**  
Ampsingius Transsulanus.  
Med. Doct. & Profes.



Itæ humanæ brevitatem, & temporis  
qvo illa absolvitur pernicitatem, lite-  
ræ tum d. viñæ tum humanæ testantur;  
comprobat experientia... Ad vitæ  
brevitatem qvod attinet: hanc testa-  
tur Cous noster, ille deus Mediūs & Deus  
Hippocrates, qvando statim in ipso A-  
horismorum vestibulo exclamar-  
et Bi. uer. 1. vita brevis. Qvæ  
eqvidem admirandi Senis nostri  
sententia planè congruit cum seqventibus effatis scripturæ san-  
ctæ: Homo natus de muliere, brevi vivit tempore. lob. 14.1. Cùm sit etas  
mea brevis: desinat ille, omittat me, ut me paulisper recipiam, priusquam non  
redicurus discedam in tenebris sam terram, &c. Ibid. 10.20. Ecce breves ani-  
ni transiunt, & sicut per quam non revertar, ambulo. Ibid. 23. Jacob  
Patriarcha à Pharaone interrogatus, Qvot annos vixisset? re-  
spondit, 130. ann. s' peregrinatus sum, paucos & malos annos vixi, nego Majorum  
meorum vite annos asecutus sum. Genes. 47. Et Propheta Regius  
Esal. 39. 6. Ecce palmares dispositi: dies meos; seu, ut Castilio vertit, En-  
tu mibi

qui mihi etatem concessisti dabantalem. Nec verò multo aliter loquuntur authores prophani Phocil. & τωλύν ἀνθρώποις ζωῆς χρόνον  
εἰς θάνατον. Non multum homines vivimus tempus, sed breve. Id  
quod Xerxes ille Persarum Monarcha, secum ipse apud Plutarchum meditatus dicitur, quando suum ipse conspicatus exer-  
citum illum, de quo Herodotus lib. 7. (qui habuit 3000 navium, in  
qvibus fuerunt hominum myriades 23. Terrestris autem exerci-  
tus fuerunt 170 myriades. Equitum octo.) in lachrymas solutus  
est, & ab Artabano causam rogatus, respondisse fertur. Venire sibi  
in mentem, quam brevis sit hominum vita: quando ex tam numerosa multi-  
tudine post annos centum nemo superfuturus esset. Unde Poeta Venusinus,  
Vive memor, quam sis ævi brevis lib. 2. Satyr. 6. Et alibi. Vitæ summa  
brevis spem nos vetat inchoare longam, lib. 1. od. 4. Et vates Andæus lib.  
18. Aenead. Stat sua cuiq; dies breve & irreparabile tempus. Tum Comi-  
eus etiam in Capt. Et si per vivo usq; ad summam etatem, tamen breve spa-  
cium est. Ut autem viri sapientes tum sacri tum profani hanc  
vitæ humanæ brevitatem mortalibus penitus perspiciendam  
cognoscendamq; ob oculos ponerent: placuit eam metaphoris  
qvibusdam ceu vivis coloribus pingere, qvæ naturam ejus o-  
mnem, ad amissim explicatam darent. Hujus generis voca-  
bula sunt, lutum, pulvis, ex ceno, libidine, fæcla guta, genitus, putredo,  
bilis, pituita, esca vermium, fænum, flos, folium, simulachrum, theatrum, co-  
media, carcer, inquilinus, vapor, fumus, nubes, ventus, umbra, bulla, vanitas,  
punctum & minus puncto, denique NIHIL. Quæ eqvidem omnia,  
uti debebam, ita etiam per qvam sanè vellem, suis qvæq; autho-  
ritatibus testata facere, siqvidem ratio Programmatis tantam te-  
stimoniorum sylvam posset capere & ferre. Et Job qvidem c. 10.  
9. inquit, Recordare, qvæso, quod sicut lutum fecisti me. Et Phocylides  
Σῶψης ἐν γραμμῇ εχούσῃ, καὶ πάντες ἐξ αὐτῶν δέσμῳ οὐ κόνις ἐσμόν. Corpus ex terra habemus, & penitus in ipsam soluti, pulvis sumus. Idem  
affirmat aliis è vetustis scriptoribus Græcis Palladas. Εκ πηλοῦ  
γέγονες, τί Φεγγεῖς μέζοι; Ex ceno natus es: quid superbis multum?  
Quod idem prorsus est cum Eccl. 10. 9. Quid superbis terra & cinis?  
Superioribus addit idem author. Εξ ἀρελάσθ δαγνέας γέγο-  
νες, καὶ μιαρεῖς φαίδος. Ex immodesta libidine natus es, & ex

fæda gutta. Aristoteles referente Stob. ser. 69. aliquando interrogatus quidnam esset homo? respondit, *Imbecillitas exemplum, temporis spolium, fortunæ lusus, inconstanæ imago, invidiæ & calamitatis trutina: reliquum verò pituita & bilu.* Idem interrogatus Solon: dixit, *Homo putredo est in exortu, belua in omni vita, esca vermium in morte.* A quibus non procul abit D. Bernardus lib. Med. cap. 3. inqviens. *Homo nihil aliud est quam sperma foecidum, saccus sterorum, & cibus vermium.* Fœni & floris metaphora est apud Esaiam 40. 6. *Omnis caro fœnum, & omnis gloria ejus quasi flos agri &c.* Et Eccl. 14. 18. *Omnis caro sicut folium in arbore viridi.* Alia generantur & alia dejiciuntur. Simulachri & Umbræ vox est apud Sophoclem in Ajace furente, ubi Ulysses loquitur in hanc sententiam. Οὐαὶ οὐαῖς ἀδεῖς ὄντας  
ἄλλο τάλλω εἴδωλα, οὐαὶ πέρι ζῷων, η καὶ φόλος οὐκίας. Video nos nibil esse aliud prætersimulachra, quicunq; vivimus, vel levem umbram. Aeneas Sylvius vitam nostram dixit Comædiam esse: *cujus ultimus actus in morte agitur.* D. Chrysostomus Homil. 46. ad Hebr. demonstrat vitam præsentem non esse meliorem carcere. Et quidem carcere intellige unius diei, ut Antiphon dicebat, referente Stob. ser. 96. Clamat passim scriptura, nos *Inquiliros* hic esse, & peregrinos. Apostolus ait. *Quæ est vita vestra? vapor est qui ad modicum tempus apparet. Iac. 4. 14.* Hiob vitam suam nubi & vento comparat Job. 7. 7. 9. Qvando inquit. *Recordare vitam meam esse ventum.* Item. *Ut consumitur nubes & abit: ita qui descendit in sepulchrum.* Umbræ vox non uno loco repetitur. Sophoclem quem paulo ante citavi secutus Horat. Flac. inquit *Pulvis & umbra sumus.* Bullæ vocabulum, homini attributum, adeò vulgare est, ut in proverbium abierit *Homo bullæ,* Olympiodorus præsentem vitam vocat *Vanitatis dies;* quod velut umbra fugiat neq; consistat. In Eccles. cap. 7. Joan. Pic. Mirandula epistol. ad nepot. *Fac cogites, inquit, semper instantem mortem, & punctum scilicet esse quod vivimus, & adhuc punto minus.* Deniq; scire vis quid hæc vita nostra sit? NIHIL est, clamante Propheta Iob. 7. 16. *Nihil sunt dies mei.* Sexcenta alia de vita humanæ brevitate in hanc scenam adducere possem: sed vetat temporis ratio. Unicum tamen adhuc dictum Augustini vice multorum adscribam. *Si toto tempore, inquit; illa viveres, ex quo Adam de Paradyso emissus est, in hodiernum diem: certè videres vitam tuam non fuisse diurnam, quæ sic evan-*

sic evolasset. Unius autem cuiusq; vita hominū, q̄anta est? adde quantos libet annos, duc longissimam senectutem: nonne hora matutina est? Ergo longe sit diēs iudicij: tuus certè ultimus dies abesse non potest longe. Adhuc te præpara: quālis enim exierit de hac vita, talis redderis illi vitæ. In Psal. 30. Et de vitæ nostræ brevitate qvidem haec tenus.

Jam verò & temporis pernicitatem non minus elegantibus figuris pingunt. Ovidius certè tempus nunc rapido flumini, nunc equo laxatis habenis liberè currenti, nunc deniq; avi prætervolanti comparat. Qvando inquit. Aſiduo labuntur tempora motu. Non secus ac flumen, neq; enī cōſistere flumen nec levis hora potest. Sed & unda impellit undā. Urgeturq; eadem veniens, urgetq; priorem. Tempora ſic fugiunt pariter, pariterq; ſequuntur. Et alibi. Eunt anni mors fluentis aquæ. Nec qvæ præteriē cursu revocabitur unda. Nec qvæ præteriit hora redire potest. Et iterū. Tempora labuntur tacitiq; ſenescimus annis. Et fugiunt, freno non remorante, dies. Deniq;. Labitur occulte fallitq; volatilis ætas. Cui aliud quoq; Poeta succinit, inquiens, volat ambiguis mobilis alijs Hora, ſenescimus, effugit ætas. &c. Et Persius 5. Vive memor lethi: fugit hora. Sed & perelegans me herculè illa est apud Jobum comparatio cap. 7. 6. ubi dicit. Dies mei velociores fuerunt radio Textoriū, qvod Castalio vertit, Ævum meum trāmā celerius consumitur. Pertinent huc etiam comparationes paulò antè adductæ, nubis, venti, vaporis, bullæ, umbræ, nibili, &c. qvæ non modò brevitatem, verū etiam velocitatem & pernicitatem hujus vitæ denotant. Comparatur eadem & cum rotā, itemq; cum navī, qvod ſicut ijs qui aut navi aut curru vehuntur, ſive dormiant ſive vigilant iter nihilominus conficitur: ita viventibus ſive dormiant, ſive vigilant ævum transigatur, fiatq; noctes & dies jugis & continua ad metam vitæ constitutam properatio.

Eorum qvæ haec tenus dixi lamentabile, pro dolor exemplum nobis exhibet hodiernum funus honestissimæ matronæ VRSVLÆ SCHERFFENBERGLÆ, conjugis desideratissimæ, atq; eheu! verè nunc desideratæ, viri clarissimi, consultissimi, doctissimi Dn. THOMÆ LINDEMANNI. Jurisconsulti & Professoris hujus Academiæ cum paucis comparandi, collegæ & amici nostri amanter colendi, qvæ, pueri pera, in ipfissimo ætatis flore, proximo die dominico horâ post meridiem primam, mortali hac carne exuta, commigrationem suam ex hoc miseriarum

ergastulo, in coelestem patriam acceleravit. Ne mortem invi-  
lam! Quæ magnos parvosq; terit: quæ fortibus æquat imbellis: populisq;  
duces: senioq; juventam.

Nata autem & in lucem edita Ursula defuncta nostra fuit  
anno 1585. 3. Octob. Rostochij, qvæ urbs nostra famam suam longè la-  
teq; diffundit, non tam ob Varnum suum, qvam ob vernantem  
in ea fragrantemq; Academiam, qvam habet & fovet. Cœte-  
rūm qvibus & qvam claris orta Majoribus Defuncta nostra fue-  
rit, nemo hac eqvidem in urbe est, qvi nesciat. Pater, qvi in-  
conspictu adhuc omnium est, illi fuit. Dn. Bernhardus Scherffenber-  
gus, amplissimus hujus urbis Consul, vir omnigenâ eruditione  
& in primis singulari jurisperitiâ, tum multo rerum usu longè  
clarissimus, patronus & amicus noster cum observantia colen-  
dus: qvem grandevum senem ut diu huic urbi divina clementia  
velit in columem, ardentibus votis precamur. Matrem verò ha-  
buit Agnetam Beselins, Dn. Nicolai Beselins Senatoris Rostochiensis,  
& matronæ laudatissimæ Metta Smedes, ex veteri & patriiâ Smi-  
diorum familiâ oriundæ filiam, viri præstantissimi Dn. Balthasaris  
Beselins, ordini nostro addictissimi, sororem, matronam honora-  
tissimam.

Ab his Parentibus nostra hæc educata fuit, qvi nihil eorum  
qvæ ad filiam vel pietate imbuendam, vel elegantibus moribus  
ornandam, vel deniq; rei domesticæ gerendæ disciplinâ instruen-  
dam, in se passi sunt desiderari. Vnde eqvidem contigit ut illa ad-  
huc adolescentula, pietatis virtutum & œconomicæ solertiæ haud  
vulgare specimen præ se tulerit.

Placuit ea res viro tum adhuc juveni, nunc verò collegæ no-  
stro, Dn. Thomæ Lindemann, Jurisconsulto & Practico haud  
è multis, qvi, destinante divina providentia, eam, postqvam an-  
num attigisset 20, uxorem duxit s. Semptembr. 1605. Qyo eqvidem  
in Matrimonio annos 9 & menses duos, plus minus, cum marito  
piè, placidè, pacifice & optatissimè vixit, & filios ei ordine quin-  
que Bernhardum & Hinricum, qvibus duobus in ipso quasi vitæ li-  
mine ad oras coelestes remeantibus, Thomam, Bernhardum, Hinri-  
cum, patri & materno & paterno avis ὥμονύμια, & demum unam  
filiam Agnetam aviæ maternæ nomen gerentem, die 8. Novembris  
proximè

proximè exacti, peperit. Et hos quidem posteriores quatuor  
post se superstites, obitum matris unā cum mōstissimo parente  
acerbè desientes, reliqvit. Agneta prædicta verè dolorosa  
matri exxit filia. Qvamvis enim mater dicto die 8. Novemb.  
feliciter enixa esset, spemq; adstantibus certam, pristinæ valetu-  
dinis recuperandæ, fecisset: tamen præter spem 25. Decemb. fe-  
bri acutā, qvam varia symptomata comitabantur, correpta, viri-  
bus omnibus paulatim exhausta, 4. hujus mensis circa primam  
pomeridianam: ore usq; ad extreum halitum precans, psal-  
mos recitans, Christi meritum identidem ingeminans: corde  
subinde ingemiscens: placide tandem obdormiscens; animam  
cibo cœlesti pastam, Creatori suo, fide in Christum constanti,  
reddidit, & hoc, hoc viatico confirmata, hoc amuleto præmunita  
iter æthereum lœta est ingressa. A tali conjugे maritum dive-  
li, quem absentem desideravit, quem præsentem complexa est,  
quem lugentem ejulantemq; consolata est, qvanti doloris, qvanti  
laboris, qvanti operis fuerit: ij demum astimare & secum ipsi re-  
putare possunt, qui eandem aliquando aleam fuerunt experti.  
Ah mi Lindemann, vidue mōstissime, mi Consul Scherffenbergi,  
ad mortem usq; tristis: quorum jam animos gladius doloris sau-  
ciat, Agite, jacentes in luctu animos vestros, virtute Spiritus  
sancti erigite, erteatis fulcra subjicite validissimarum consolatio-  
num. Ursula vestra non est mortua sed dormit, resurrecta  
die novissimo; non vos eam amisistis, sed præmisistis, in patriam  
cœlestem, quod ipsi anhelatis: mortua mundo, vivit Deo; in cu-  
jus conspectu, miserijs hujus ævi erepta, cum sanctis Dei angelis  
& beatis animabus lœta triumphat & exultat: induita jam & ami-  
cta veste candidâ, qvam lavit in sangvine agni illius immaculati.  
Hanc ei beatitudinem ne invidete; Deo patri æterno, qui plus  
vobis eam amat, ne obsistite: & vobis ipsis posite modum luctus:  
cum nil magis hominem dejiciat, qvam in mœrore & luctu jacere.  
Nulla res, inquit Hieronymus, ita inebriat, ut tristitia, quæ duit homi-  
nem ad mortem. Qvin potius ex adverso corda nostra in spem me-  
lioris vitæ sursum tollamus, & mente civitatem illam, cuius nunc  
civis & incola est Defuncta nostra, contemplemur, quæ libera est  
Gaterua in celo. Qvam non obscurant tenebra, non obumbrat nox, non con-  
sumit

sumit vetustas: in qua non rutilat lumen Solis, aut Lunæ splendor, aut stellærum jubar: ubi non lucerna queritur, non lampas accenduntur, non lychnus appetatur. Claritas quippe divina eam illuminat, Sol clarificat justitiae, Lux vera illustrat, lux inquam in accessibili, quæ non clauditur loco, non finitur tempore, non obumbratur tenebris, non variatur nocte, & canticum laetitiae sine fine in ea cantatur. Ibi est lux sine defectu, gaudium sine gemitu, desiderium sine pœna, amor sine tristitia, satietas sine fastidio, sospitas sine vicio, vita sine morte, salus sine languore: Ibi spiritus & animæ iustorum: ibi cuncti cœlestis patræ cives & beatorum sibi suum ordines, regem in decoro suo videntes & in gloria virtutis ejus exultantes.

Quia verò justa huic funeri hodierno die solvenda sunt, & officij nostri ratio à nobis flagitat, ut tum clarissimo marito, tam amplissimo patri Defunctæ nostræ, adeoq; cognationi & affinitati universæ condolentiam & commiserationem nostram testatam faciamus: non possum non cohortari cives Academicos, cujuscunq; sint ordinis, Dan. Professores, Doctores, Ecclesiarum ministros, Magistros, deniq; studiosam juventutem universam, ut, horâ post meridiem primâ, certatim in ædem Marianam convenient, frequenti suo comitatu exequias hasce tam tristes prosecuturi & cohonestaturi, ipsi memores sui qvisq; fati, cuius lex est inevitabilis, dicente Poëta. Ibumus omnes, Ibumus: immensis uram quatit Aeacus umbrâ. Adeste ergo pijs animis, communem omnibus Fati necessitatem vobiscum reputate, utriusq; reipubl. incolumitatem, Deo ardentibus precibus commendate, nec vestram ipsi salutem negligite. P.P. Rostoch. sub sigillo  
Rectoratus nostri, 8. Dec. Anno 1614.





Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn775779164/phys\\_0013](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn775779164/phys_0013)

DFG





Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn775779164/phys\\_0015](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn775779164/phys_0015)

DFG



sic evolasset. Unius autem cuiusq; vita horinū, q;anta es-  
bet annos, duc longissimam senectutem: nonne hora maturina  
sit dies iudicij: tuus certe ultimus dies abesse non potest longo  
paras: qualem enim exierū de hac vita, tali redderis illi vita  
de vita nostrā brevitate quidem hactenus.

Jam verò & temporis pernicitatem non minus  
figuris pingunt. Ovidius certè tempus nunc rapido  
eqvo laxatis habenis liberè currenti, nunc deni-  
lanti comparat. Qvando inquit. A sidro labuntur tempora  
ac flumen, neq; enim consistere flumen nec levis hora potest, secundā.  
Urgeturq; eadem veniens, urgetq; priorem. Tempora  
pariterq; sequuntur. Et alibi. Eunt anni mors fluentis aqua  
cursu revocabitur unda. Nec quæ præterit hora redire potest  
pora labuntur tactisq; senescimus annis. Et fugunt, freno  
Deniq;. Labitur occulte fallitq; volatilis ætas. Cui ali  
succinit, inquiēs, volat ambiguis mobilis alis Hora, senescit  
Et Petrus s. Vive memor leti: fugit hora. Sed & pe-  
culè illa est apud Jobum comparatio. cap. 7. 6. u-  
velociores fuerunt radio Textoris, qvod Castilio vertit,  
mà celerius consumit. Pertinent huc etiam com-  
antè adductæ, nubis, venti, vaporis, bullæ, umbra, nil  
modò brevitatem, verū etiam velocitatem & p-  
jus vitæ denotant. Comparatur eadem & cum  
navi, qvod sicut ijs qui aut navi aut currū vehi-  
mant sive vigilant iter nihilominus conficitur  
sive dormiant, sive vigilant ævum transfigurantur  
dies jugis & continua ad metam vitæ constituta.

Eorum quæ hactenus dixi lamentabile, pro-  
nobis exhibet hodiernum funus honestissima  
S V L Ä S C H E R F F E N B E R G I Ä, conjugis  
atq; eheu! verè nunc desideratae, viri clarissimi  
doctissimi Dn. THOMÄ LINDEMANN  
& Professoris hujus Academiæ cum paucis com-  
& amici nostri amanter colendi, quæ, pueris, pera-  
tis flore, proximo die dominico horâ post mercede  
tali hac carne exuta, commigrationem suam ex-

A 3.

